

160 SUCCI E VEGETABILIBUS.

Hoc modo extrahitur Succus

Pomorum,

Cydoniorum immaturorum,

et similia.

SUCCUS EX RADICIBUS.

Radices crassas per incisionem, et contusionem in massam redige, et succum praelo expressum per subsidentiam defoeca, et decanta.

Hoc modo extrahitur Succus ex Radicibus

Bryoniae,

Elaterii,

et similia.

CAPUT XII.

INSPISSAMENTA VEGET.

INSPISSAMENTUM ELATERII.

℞. Radicis Momordicae Elaterii recentis Q. V.

In taleolas diseca, et in mortario marmoreo conquassa, succum praelo exprime, et

INSPISSAMENTA VEGETABILIA. 161

per subsidentiam defoeca; postea lento igne balneo aquoso vapore ad mellis inspissati consistentiam, et ad usum serva.

Dosis ad drachmam.

Simili modo parantur inspissamenta

<i>Urticarum</i>	} ex Foliis et caulibus,
<i>Taraxaci</i> ,	
<i>Cichorii</i> ,	
<i>Cicutae</i>	

Glycyrrhizae ex Radicibus,

addendo si opus fuerit, aquae pauxillum.

INSPISSAMENTUM FRUCTUS GROSSULARIAE.

Vide Gelatina.

N. B. Hic subjiciuntur inspissamenta sequentia

Terra Japonica,
Acacia Ægyptiaca,
Opium,
Aloe Succotrinum,
Scamonium,
Hypocystis, &c.

de quibus non agimus, quia in officinis nostris exotici sunt.

Vide Mater. Medic. Sylloge, Clas. II.

CAPUT XIII.

GELATINAE.

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Rasurae Cornu Cervi albissimae, et lotae libram semis,

Aquae libras quatuor.

Coque in vase fictili vitreato, donec tractatus liquor digitis adhaereat. Unicuique librae liquoris colati cum expressione adde

Sacchari albi unciam unam, et semis,

Tartritis aciduli Potassae scrupulum unum.

Clarifica cum albumine Ovi.

GELATINA FRUCTUUM GROSSULARIAE.

℞. Sacchari albi libras duas,

Aquae libras decem.